



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Gvillelmi Postelli De Repvblica**

**Postel, Guillaume**

**Lvgdvni Batavorvm, 1635**

Cap. X. De undecimviris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

ATHENIENSIVM. IOJ  
nica, testamento reliquit fiducia-  
rium hæredem Valerium Maxi-  
mum trierarchum, à quo petiit  
ut filius, &c. Facile vincuntur  
Athenienses à Venetis. Verum  
præter Novemviros, qui armis,  
funibus, & navali præsumt, nil  
mihi scribendum reliquit Gaspar  
Contareus Cardinalis patri-  
cius Venetus. ita ample, & ele-  
ganter illius partes descripsit, ut  
vinci arte nequeat. De Tur-  
carum autem apparatu mariti-  
mo copiose egi in nostra Turci-  
ca Historia. quare ad cætera  
veniendum.

C A P. X.

*De undecimviris.*

UNDECIMVIROS Græco  
vocabulo τὲς ἑνδεκά dici so-  
litos, quos etiam νομοφύλακες,  
atque ἱπάρχες, id est, præsides,  
G s nun-

nuncupabant, ex Polluce constat. Decemviri, inquit, singuli à singulis tribubus eligi solebant, quorum numerum augebat *γραμματεὺς*, hoc est, scriba. Horum erat officium fures convincere, atque carcere iam detentos iudicare: præterea plagiarios, quos *ἀνδροποδιστὰς* dicunt, & item grassatores, indumentorumque suppilatores, qui Græce *λαποδύται* dicuntur convictos pœna afficere. Quod si apud illos deprehensi crimen diffiterentur, eos ad aliorum iudicum subsellia sistebant: apud quos si tormentis, aut testibus faterentur victi, de pœna statuebant. erant itaque veluti pœnæ aestimatores, quales sunt hodie in Gallia ii, qui præpositi Marschalorum vulgo dici solent: quibus non absimiles mihi visi sunt quos Turcæ Vaivod, & Vaivodlar, numero multitudinis appellant.

lant. Possunt enim omne nebulonum genus comprehendere, & iudicibus proximis reddere: de pœna vero statuere non possunt. Tales sunt vigilum præfecti in tota Gallia, & ditione Venetorum, & , ut facile mihi persuadeo, ubivis gentium. Locus ubi hi undecim nomophylaces iudicabant, νομοφυλάκιον dicebatur: in cuius posteriori parte ostium nomine ἀσπίδιον erat, quo ad extremum supplicium educi solebant fontes, non secus atque in castris decumana porta à tergo erat, qua desertores, & facinorosi milites ad pœnam educebantur. Demosth. Ἐπεὶ τοιοῦτον ἔστιν ἡμῶν ἡμεῖς, ὅτι ἡμεῖς, ἔφη, τὸ δεσποτικὸν ἀπολύτως ἀπέδραμον, τότε πρὸς γυναῖκα πινεῖται ἕνα ἄνθρωπον ὀνόματι Ζωβίαν, ἢ ἐτύχωνεν, ὡς εἶπεν, καὶ ἡμεῖς τότε, καὶ κρύπτει καὶ ἀποστρέφει τὰς πρῶτας αὐτὸν ἡμέρας, ὡς ἐξήσπου καὶ ἐκὼς εὐτίλον

con-  
iguli  
sole-  
uge-  
riba.  
con-  
de-  
pla-  
di-  
ndu-  
, qui  
con-  
od si  
imen  
a iu-  
apud  
tibus  
arue-  
œna  
odie  
lare-  
qui-  
sunt  
vod-  
appel-  
lant.

ευτίον οἱ ἔνδεκα. Quum enim  
 effractis carceribus aufugit, ad  
 mulierem quandam Zobiam no-  
 mine divertit, qua aliquando  
 usus fuerat: ea vero abscondit, &  
 servat primis diebus quibus un-  
 decimviri perquirebant homi-  
 nem (Aristogitonem) atque per  
 præcones sibi reddi satagebant.  
 Ex quo loco patet statim admis-  
 so crimine illos perquirere, &  
 comprehendere solitos: quare  
 merito notavit. Suidas hos νομα-  
 φύλακας à primis differre, quod  
 illi iudices, hi populares cogere-  
 rent secundum legum præscri-  
 ptum vivere, facinorososque co-  
 ãrcerent. Adferam item alium  
 locum ex oratione eiusdem De-  
 most. in Timocratem. εἰάν τις  
 ἀπαχθῆ ἢ τῶν νόμων κακώσεως ἢ λωπῶς,  
 ἢ ἀστρατείας, ἢ ἀπειρημένων αὐτῶν  
 τῶν νόμων ἐργαῶν, εἰσιὼν ὅπῃ μὴ δεῖ,  
 δισσάντων αὐτὸν οἱ ἔνδεκα, καὶ εἰπα γόν-  
 των αὐτὸν εἰς τὴν ἡλιαίαν, κατηγγεί-  
 τω

τῶν δὲ ἰσχυρῶν οἷς ἔξει. Si  
 quis vero denunciatur convictus  
 iniuriæ parentibus illatæ, aut  
 non obitæ militiæ, aut qui in ea  
 loca in quæ legibus non licet, se  
 receperit, illum comprehensum  
 ligent undecimviri, sistantque in  
 heliæa (nomen est comitii, de  
 quo suo loco) ubi ex his quibus  
 lege licet, qui volet accusato. No-  
 lo hic omittere, qua arte Veneti,  
 quum illorum Capitales magi-  
 stratus non sufficerent, magna  
 proscriptorum nebulonum, fu-  
 rumque turba regionem sibi sub-  
 iectam liberarint. Sub finem belli  
 quo ad Ticinum pugnatum est,  
 multa improborum manus tam  
 ob libertatem, quam ob impuni-  
 tatem scelerum undique exerci-  
 tum colluviem contrahendo  
 Venetias ibant. Admissis itaque  
 illic multis sceleribus quum ali-  
 quis ad pœnam perquireretur,  
 sciens se criminis reum ab advo-  
 cato-

110 DE REPUBLICA  
catoribus, ut vocant, ad quadra-  
ginta viros criminales delatum,  
fugiensque lite peracta proscribe-  
batur, ut uudique Venetiæ illis  
pestibus veluti obsiderentur.  
propositum est itaque præmium  
proscripto, quam præsentibus te-  
stibus ademptum caput alterius  
proscripti offerret Reipubl. si ta-  
men ille ingulasset: quo fiebat,  
ut quum illorum bona pars sibi  
mutuo esset nota, seipsam confi-  
ceret: pauci ius civitatis repere-  
rent, hique munere eo donati,  
probos in posterum cives age-  
rent. Si illa lege in illos nebu-  
lones qui post bella insurgunt, &  
furtis, stupris, cædibusque Rem-  
publ. totam labefactant, animad-  
verteretur, aut rusticis sua tuen-  
do, illos cædendi fieret potestas  
quoties improborum audacia  
vim legum superat, ex usu esset  
Reipublicæ.

CAP.